Quelle: https://manuscripta.at/?ID=23
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mea in foraminibus petre in cauernis
macerie onde michi faciem tuam sonet
vox tua in auribus meis vox enim tua
dulcis et facies tua decora Aliud
Ecce iste venit saliens in montibus
transiliens colles similis est dilectus meus
capree hynnulorumque ceruorum. Aliud
Vox turturis audita est in terra nostra
ficus protulit grossos suos vinee flore
tes dederunt odorem suum Collecta
Da ecclesie tue misericors deus ut
in visitacionis et exultacionis dei
genitricis et virginis festiuitate congre
gata eius intercessione vnitatis et
pacis ate dona propicius consequatur per eundem
Omnipotens sempiterne deus qui Alia
beatam mariam virginem ut mater filii
tui domini nostri ihesu xpi efficeretur elegisti con
cede propicius ut cuius visitacionis simul
et exultacionis festiuitate gaudemus
eius pia intercessione ate visitari et
te eternaliter magnificare mereamur per eundem
Deus qui ecclesiam tuam nouam Alia
beate marie festiuitate letificas con
cede ut intercessionis eius auxilio a
malis omnibus eruatur et secura tibi lib
tate deseruiat per dominum